

licet discrepet, ubi consensus non fuit legitimus ratione me-
tus: dicit enim amitti beneficium, at subveniri actione quod
metus causa.

8. Quia dicitur non vacare beneficia, quando matrim. est
irritum: eo quod est clandestinum, nempe non celebratum
coram parochio & testibus. Quod probatur ex rationibus, & Do-
ctoribus num. 3. allegatis, & docent *Manuel 1. to. sum. 2. edit.*
cap. 30. n. ult. Vega 1. r. sum. c. 36. ca. 20. §. Aho quarto.

9. Tandem dicitur, posse clericum resignare beneficium in
favorem cuiuscumque post matrimonium a se contractum,
quod ex quavis causa est irritum, antequam eo privetur per
iudicis sententiam: retenta nostra sententia, iuxta quam non
valet ipso facto. At qui sustinent vacare, dicitur sunt eum
non posse resignare in favorem tertii. Quod constat ex do-
ctrina tradita disp. prac. n. 2.

10. Ad argum. num. 1. proposita constat ex dictis n. 3. in 2.
& ultima ratione.

DISPUTATIO XLIV.

An per contractum matrimonii amittantur pensiones instar
beneficiorum?

SUMMARIUM.

Refertur quadam opinio, num. 1.
Non vacant, quando dantur laico pro ministerio temporali? 2.
Idem, quando Pontifex concedit laico pensionem pro re in de-
fensionem Ecclesie utiliter gerenda aut gesta? 3.
Idem, si clericus concedatur pro ministerio temporali? 4.
Quando datur pensio titulo clericali, qualiter vacet? 5.
Quid, si tunc nullo onere spirituali adjecto constituta sit, 6.
Quid si expositionis assignatione colligatur mens Pape ut non va-
cet? 7.
Quid, si pensio assignetur a Pontifice alicui, ea lege, ut possit
eam retinere, si transeat ad ordinem militarem, & profes-
sionem legitime in eo emissa, inest matrimon. Et ille prebitur
non transacto anno novitiatus: an vacet illa pensio, & an
Trid. sess. 25. cap. 15. de regul. potest. promitti ante annum
novitiatus professionis valida, procedat in his ordinibus mi-
litaribus, 8.
An clericus conjugatus sit capax pensionis, iustoque assignetur
ei a Pontifice abique famulatu presbitero Ecclesie? 9.

IN hac difficultate sentiunt aliqui non vacare pensiones per
matrim. contractum, quando non sunt assignate in bene-
ficium Ecclesiasticum, sed pro officio vel servitio temporali. Sic
cum citato Laurentio tradunt *Card. Clem. 1. s. ead. q. 6. n. 5. de
supplen. negligentia prelat. Et ibi mol. n. 26. v. Quero sunt spe-
cies, Caccialup. trad. de pensio. q. 15. Lud. Gom. reg. de an-
nali posses. q. 21. paulo post princ.*

1. Tamen conclusio fit. Quando pensio datur laico pro mi-
nisterio mere temporali, ut pro pulandis campanis, organis
non vacant per matrim. pensiones sic constitute. Quia si-
cut status laici non est cum ipsis incompatibilis, ita nec sta-
tus conjugati: aequo enim non repugnat cum beneficio uter-
que status. Ita tenent *DD. n. prac. alleg. Gygaz de pensio. q. 54. n. 1.
in defensionem Ecclesie utiliter gesta, ut gerenda, eam non
vacare per matrim. quod concessa fuerit pro ministerio tem-
porali. Ita Covarr. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 6. Greg. Lop. 1. A. 1.
v. El beneficio, t. 6. p. 1. Salzedo addit. ad prac. Bernard. Diaz,
cap. 80. §. Admittit etiam, Azor. 1. 13. in fin. mor. c. 13. q. Lud.
Lop. 2. p. in fin. ubi de matrim. c. 40. col. 7.*

4. Idemque dicendum est, ubi pensio constituta est clerico
in minoribus ordinibus ut in sacris constituto, pro ministe-
rio mere temporali. ut quia est advocatus Ecclesie, sacris-
ta, pulsator organa. Quia ea pensio datur tanquam laico,
& pro re mere temporali, & ideo eadem est ratio ac si
conterretur laico, ut non vacet per matrimonium iure con-
tractum, ut si clericus sit in sacris, Ita *Gygaz de pensio. q. 54.
n. 3. §. 6.*

5. II. Conclusio. Pensio alicui collata titulo clericali, ut lo-
co beneficii, quod vel cupus jus ad rem resignavit, vacat eo-
dem prorsus modo per matr. quod duplici disp. prac. diximus
per illud vacare beneficia: & ita eadem prorsus sunt opinio-
nes circa illarum pensioam vacationem, ubi matrim. est ir-
ritum, quae sunt circa beneficiorum vacationem. Ratio est
manifesta, quia dantur titulo clericali huiusmodi pensiones
per assumptiones status conjugalis incompatibilis cum bene-
ficio, censetur illis renuntiari, sicut & beneficii. Praeterea,
quia beneficiorum loco subrogatur, at quod loco alicuius
subrogatur ejus naturam sapit, *l. si cum, §. Qui injuriarum,
ff. si quis cau. & ita docent Gygaz de pensio. q. 54. n. 4. &
seq. Jo. Baptif. eodem trad. q. 30. Putus dec. 469. l. 4. Jo. Paulus
dec. 188. lib. 2. Bermond. de publ. concub. §. Qui vero non solutus
est si continere nolit, n. 3. Covarr. Jul. Clar. Gregor. Lop. Salzed.
Lud. Lop. ubi eo n. l. seq. referam. Azor. n. 2. alleg. Flam. refe-
rens drossas Rotae decisiones lib. 1. de resignat. benef. q. 1. n. 15.
§. 1. 6. q. 2. n. 115. Zaral. in q. praed. qu. 147. n. 3. Emman.
Sa sum. v. Pensio, num. 4. Navar. c. Quando de consecr. d. 1.
cap. 21. n. 53.*

6. Imo stylus curiae, qui facit jus, c. *Quam gravi, de crimine
falsi*, habet huiusmodi pensiones per matrim. vacare, etiam

si nullo spirituali oneri adjecto sint constituta. Ita *Covarr.
Greg. Lop. Salzedo, Lud. Lop. n. 3. allegati, Jul. Clar. lib. 5.
recep. §. fin. in prac. crim. q. 73. n. 5.*

Sunt tamen praedicta limitanda, nisi ex tenore litterarum
assignationis praedicta appareat mentem Pontificis esse pen-
sionem illam durare toto vitae pensionarii tempore, etiam si
laicum in posterum haberet. Tunc enim ea ea tacita Ponti-
ficis voluntate non vacaret per matrim. contractum. Sic *Gy-
gas de pensioib. q. 54. n. 4. fin. Jo. Baptif. Caccialup. eodem
trad. quest. 30. Covarr. Gregor. Lop. Salzedo, Lud. Lopez,
num. 3. alleg.*

Sed dubitabis, quid si Pontifex reservet pensionem alicui ea
lege ut possit eam retinere, si ad ordinem militarem transiens,
ac legitime in eo professione emissa inest matrimon. iuxta ejus or-
dinis institutum: & hic ante annum novitiatus transactum
professione facta, postea uxorem ducat, an possit pensionem re-
tinere? Quaesitio haec pendet ex cognitione ejus an decretum
Tridentini sess. 25. c. 15. de regul. status sit nullam professionem
validam esse, non primum integro novitiatus anno, locum
habeat in his ordinibus militaribus, qui vitam in communi
non transigunt, nec perfectam castitatem vovent, sed con-
jugalem. Si enim in illis locum habeat, amittit hic pen-
sionem per matrimonii contractum, utpote qui ante profes-
sionem legitime emissam matrim. inicit contra concessionis for-
mam. Si vero non habet locum, non amittitur pensio: eo
quod professio valeat, ac proinde formaliter sit, *Flamin-
ius de resignat. benef. lib. 3. q. 2. a. num. 115. usque ad 120.
ait occurrente hoc casu dubitatum fuisse de hac re, & re-
solutum fuisse, ac ita ipse quoque relolvit non habere locum
praedictum decretum in ordinibus militaribus. Tum, quia
militis illorum non sunt in propinquissimo rigore loquendo reli-
giosi: & quando illos comprehendere voluit Trident. fecit ex-
pressam de illis mentionem, ut sess. 23. de reform. cap. 18. tum
etiam quia, ead. sess. 25. de regul. c. 16. loquitur continuative
ad cap. 15. praeced. ut constat ex dictione. Quoque, posita sta-
tem in principio, ibi: Nulla quoque renuntiatio. At id c. 16.
agens de honorum renuntiatione, manifeste loquitur de reli-
giosis pauperatam veram voventibus quales non sunt hi. Ergo
& cap. 5. praeced. loquens de aetate, & novitiatus requisi-
tis ad professionis valorem, non loquitur de his. Et ita ipse
censet, & dicit majorem partem Cardinalium congregatio-
nis Concilii Trident. id sentisse: licet postea contrarium de-
creverit congregatio in militibus D. Joannes, ex novo ipso
statuto huic decreto adhaerenti, Quare aperte vult seclu-
sio eo statuto nec eos comprehendit. Et ita probat ratio ab
eo adducta, ac continuatione cap. 16. loquens de religiosis
suis veram pauperatam promittentibus. Et haec sent. mihi placet:
quamvis *Navarr. lib. 1. conf. tit. de his que vi, in prius
edit. conf. 5. n. 4. & seq. in posteriori conf. 9. n. 4. & Manuel 2.
to. sum. c. 8. n. 2. concl. 1. volunt id decretum habere locum in
omnibus ordinibus militaribus, quod universaliter loquatur
de religionibus. Sed jam contrarium probavimus.**

Ex dictis inferitur, conjugatum clericum incapacem esse
verae pensionis, quae titulo clericali conferri solet. Si enim
antea habitam vere perdit ob statum incompatibilem: a for-
tiori erit incapax novae acquirendae. Praeterea, quia incapax
beneficii, est etiam incapax pensionis, saltem de stylo Cur-
riae, ut bene docet *Navar. lib. 1. conf. tit. de tempor. ordin. in
priori edit. conf. 23. n. 2. in posteriori, conf. 11. n. 2.* Ad conjugatum
est incapax beneficii (ut probavi disp. 42. n. 14.) Diximus autem
incapacem, nisi ex Pontificis summi dispensatione. Pontifex
autem potest iuste illam concedere conjugato, non solum ob
ministeria, quae conjugatus Ecclesie praestitit, sed ratione
pauperatis, aut alia iusta causa concurrenti. Quia non est
Pontificis potestas in conferendis pensionibus alligata, ut ex
sola causa famulatus Ecclesie illas concedat. Quare prorsus
vacant pensiones conjugati accipientes a Pontifice,
abique tali famulatu. Sic docent *Victoria relect. 1. de summi-
s. n. 50. Nav. sum. Lat. c. 25. n. 119. Hsp. c. 38. addit. ad num. 125.
cap. 25. §. miscellano 45. de oratione, in nova edit. num. 4.
Gutierrez. q. can. lib. 2. cap. 5. num. 26. Manuel. 2. tom. summi.
cap. 21. num. penult. Ludov. Lup. 1. par. instr. cap. 256. col. 3.
§. Porro dubitari, Vega 2. tom. cap. 65. casus 3. Quamvis So-
rus lib. 10. de justit. quest. 5. art. 6. col. 4. vers. De pensio. au-
tem, id non approbat, dicens non carere absurditate, si
pensiones ob aliam causam, quam ob Ecclesie famulatum,
concedantur.*

DISPUTATIO XLV.

An non tantum peccet retinens beneficium vel pensionem
post initium matrimonium: sed etiam ea recipiens aut
retinens animo non permanendi in statu clericali, sed
transcundi ad matrimonium?

SUMMARIUM.

Recipiens beneficium parochiale animo recipiendi sacerdotium
intra annum, nec postea recipiens sua culpa non tenetur re-
stituere fructus perceptos tempore, quo voluntas duravit,
num. 1.
Tenetur restituere fructus, si a principio non intendebat, nec
postea promotus est, & ipso non restituente, tenetur qui con-
jucis

scius eius iniqui animi ei contulit beneficium, 2.
Non est expectanda sententia ad hanc restitutionem, & an in
foro externo possit hic cogi restituere, 3.
Peccat mortalter parochiale accipiens, aut retinens abique
animo assumendi sacerdotii intra annum, & tenetur aut
mutare voluntatem, aut illud dimittere, ac veluti colla-
tio, 4.
An taliter teneatur fructus restituere, ut illorum dominium
non acquirat: & quid distet, si acquirat, si non, 5.
Propromittitur casus, in quibus versatur difficultas, 6.
An recipiens curatum animo per annum fruendi fructibus, ac
postea eo relicto transgredi ad nuptias, ac mutata voluntate
promoveatur, tenetur fructus restituere, 7.
Quid, si mutata voluntate promotus est ad subdiaconatum,
Episcopo dispensante ratione studii, ne ad sacerdotium pro-
moveatur intra septennium: & initiatu sacerdotio intra id
septennium, 8.
Quid, si mutet voluntatem, & tandem non initietur tempo-
re prescripto, an excusetur a fructuum restitutione, quos
perceperit tempore relictae intentioni? 9.
Quid, si animo dubio, aut conditionalis acceperit curatum, 10.
An si intendens promovendi accipit, ac mutata voluntate non
est promotus, tenetur restituere fructus mutata voluntate
receptos, 11.
Quid, si accipiet non animo permanendi in illo, sed donec
pinguis obtineat, aut id cum alio permittit, aut renuntiet
pensione reservata, 12.
An tenetur restituere fructus beneficii simplicis, cui ordo sa-
cerdotis annexus est, illud recipiens abique animo ordinis as-
sumendi, sed fruendi ad tempus fructibus, & eo relicto
ducendi uxorem, 13.
Lethale est recipere, aut retinere beneficium simplex, cui ordo
sacerdotis annexus est, animo ordinis illius non assumendi: &
quid, quando est conditionalis, aut dubius animus, 14.
Quando dicitur ordo sacer annexus, & an sit mortale recipi-
ere capellanias, quibus onus missarum injunctum est ani-
mo non assumendi sacerdotii, 15.
An sit mortale recipere beneficium simplex, cui ordo sacer
non annexus, animo non perseverandi in clericatu, sed uxoris
ducenda? Refertur quedam sententia, 16.
Non est culpa recipere hujusmodi beneficium animo ordinis sa-
cerdotii non assumendi, ac perseverandi in clericatu, 17.
An hujusmodi beneficiarius tenetur habere annum assumendi
ordinis sacri in illa necessitate, aut utilitate Ecclesie, aut
Episcopo cogente, 18.
Sola culpa venialis est, recipere beneficium simplex, cui ordo
sacer non annexus, animo fruendi ad tempus fructibus,
& postea eo relicto ducenda uxoris, 19.
Similis culpa est recipere eo animo pensionem, quia titulo cle-
ricali conferitur, 20.

Disputatio haec pendet ex intelligentia textus *c. Commissa*,
v. Ceterum, de elect. in 6. ubi decernitur obtinentem be-
neficium parochiale abique animo assumendi intra annum
sacerdotii, prout dispositum est *c. Licet can. eod. tit. §. lib. 10. te-
neri fructus restituere, ibi: Ceterum si promovendi ad sacer-
dotium non intendens, parochiale receperit Ecclesiam, ut fru-
ctus ex ea per annum percipias, ipsam postmodum dimisurus
(nisi voluntate mutata promotus fueris) teneberis ad restitu-
tionem fructuum consummatis: cum eos receperis fraudulenter.
Potest ergo quaesitio hae tractari tam de beneficio curato,
quam simpliciter, de quibus seorsum differam. Prius ergo agen-
do de beneficio curato, id tanquam certum praemittendum
est, hunc recipientem beneficium curatum animo assumendi
sacerdotii intra annum, non teneri fructus perceptos eo tem-
pore, quo sanam habuit intentionem, restituere: quamvis po-
stea mutata voluntate minime promoveatur intra annum ad
sacerdotium, quod *d. c. Commissa*, solus accipiens curatum,
nec promovendi intendens, obligetur ad fructus illius restituendos.
At hic revera intendebat promovendi. Atque ita docent
*ibid. v. Non intendens. Et ibi Domin. §. Ceterum, n. un. not. 2. D.
Ant. 3. p. 1. 15. c. 1. §. 3. ad fin. Silo. v. Benef. 3. q. 2. Armilla Benef.
n. 86. Tab. v. Benef. 3. q. 22. n. 25. Sot. 1. 10. de justit. q. 5. ar. 6. col.
2. concl. 1. Lud. Lop. 1. par. instr. c. 255. col. 4. propos. 2. Manuel 1.
t. sum. 2. edit. c. 30. concl. 6. Vega 1. r. sum. c. 36. col. 23.**

Similiter est certum, cum qui recipit curatum, non inten-
dens promovendi intra annum ad sacerdotium, nec promotus
est, teneri fructus perceptos eo tempore inique voluntatis
restituere. Est enim expressa decisio textus *d. c. Commissa v.
Ceterum. Et fatentur omnes. Imo & textus juberit, & qui
sciens pravam illam intentionem contulit illi beneficium, te-
neatur Ecclesiam servare indemnem, restituendo illi fructus.
Quod intelligitur in subsidium, nimirum non restituere prin-
cipali, tunc enim ipse tanquam cooperator ad injuriam
tenetur fructus restituere: a quo illo restituente ipse excusa-
bitur. Satis enim consilium est damno Ecclesie. Atque ita
docent *gl. eod. c. Commissa, in fin. Et ibi Domin. §. Illum, n. 2.
Angl. Clericus 7. n. 5. Deducendumque ex ea restitutione est
salarium, quod praestitit vicario, qui eo tempore curato
beneficio est impendium. Ita docent Gabriel 4. dist. 15. q. 8. art. 3.
dist. 1. Angl. Floribus, 2. p. ubi de restitutione, q. un. de cle-
ricis restitutionibus obnoxii, art. 1. dub. 6. Gutierrez. q. can. l. 2. c. 5. n. 23.
Thom. Sanchez de Matrim. Tom. II.**

Haec autem restitutio obligat in foro conscientiae, & ita
non desideratur iudicis sententia. Quamvis enim rationem
aliquam penae subeat, & res odiosa sit, ac potius est damni
illati Ecclesie compensatio, capus fructus fraudulenter acquir-
untur non habita intentione assumendi ordinis necessari ad
ministerium illius beneficii: quod sub ea tacita conditione
conferitur, ut fructus minime abique ea intentione ita acqui-
rantur, quin necessario restituendi sint. Ita docent, *Glif. eod.
c. Commissa, in fin. Et ibi Franc. §. Porro n. 2. Domin. ibi, §. Il-
lum, n. 2. Rebus. praxi benef. tit. de non promotis intra annum,
n. 15. Sotus lib. 10. de justit. q. 5. art. 6. col. 3. v. Percontaris Nav.
c. Quando, de consecr. d. 1. c. 21. n. 47. §. 49. Angl. Flor. p. 2. ubi
de restitutione, q. un. de cler. restit. obnoxii, ar. 1. dub. 5. Gut-
tier. q. can. l. 2. c. 3. n. 20. fin. Lud. Lop. 1. par. instr. c. 256. col. 2.
§. Nihilominus responderetur. At Rebus. dicens ita censuisse Sen-
natum, & Gutierrez. nu. 21. negant actionem Ecclesiae ad eos
fructus repetendos: nec in foro externo coactionem ad id
admittunt, sed id Confessario relinquendum asserunt, ut obli-
getur ad ea in foro conscientiae restitutionem. Nec quod dedu-
cantur fundamento explicant. Nec illud video, & ideo rati-
onibus dicunt *gl. Fran. §. Domin. prax. alleg. decisionem illius
textus in utroque foro locum habere, ac prorsus probanda fraude
dari actionem ad eos fructus repetendos. Si enim injuste, ac
fraudulenter (ut ait textus) acquisiverint: cur fraudulenter
acquirere non erit in foro externo restituere compellendus?**

Hinc inferitur peccare mortaliter recipientem beneficium
curatum, neque intendentem promovendi ad sacerdotium intra
annum. Tum, quia contravenit precepto justissimo Conc.
Lugdunensis, *c. Licet can. de elect. in 6. Tum etiam, quia reci-
piat fructus contra iustitiam. Cum eos teneatur restituere.
Sic docent Angl. v. Clericus 10. §. Sot. lib. 10. de justit. q. 5. ar. 6.
col. 3. vers. sed est praeterea, Nav. sum. cap. 25. Lat. n. 118. hsp.
10. Hsp. n. 124. Toledo lib. 5. sum. c. 5. n. 5. Grassi 1. p. decis. 122.
c. 97. n. 54. Quare tenetur hic aut mutare voluntatem, aut
dimittere id beneficium cum fructibus, alias peccabit morta-
liter, utpote qui in pristina voluntate iniqua perseverat. Sic
Sot. ibid. §. Nav. c. Quando, de consecr. d. 1. c. 21. n. 51. Addit
tamen bene Sotus, licet non intendit promovendi, sed pro-
positum haberit ducendi uxorem, illam acquisivisse verum
beneficii titulum, & ideo si mutata voluntate voluerit intra
annum presbyter fieri, posse abique nova provisione retinere
beneficium. Quia *Licet can. de elect. in 6.* tantum privat hunc
beneficio, quando intra annum non promovetur: & *c. Com-
missa, vers. Ceterum, eod. tit. §. lib. 10. solum privat fructus re-
cipientem abique legitima intentione: at non irritat titulum.*
Et idem docet *Nav. dist. c. Quando, num. 48.**

Imo hunc fine legitima assumendi sacerdotii intentione re-
cipientem beneficium curatum, non acquirere dominium fru-
ctuum durante ea intentione perceptorum, affirmat *Franc.
c. Commissa, §. Porro, n. 2. de elect. in 6. Sotus lib. 10. de justit. q. 5.
ar. 6. col. 3. vers. Sed est praeterea, & vers. Percontaris: di-
cunt enim hunc non efficere fructus suos. Sed merito ab eis
disecedit. Nav. c. Quando, de consecr. d. 1. c. 21. num. 48. Quia
cum habeat verum illius beneficii titulum, nec textus *d. c.
Commissa, §. Ceterum*, eum privet dominio fructuum, sed
tantum obliget ipsum ad restituendos eos, non est cur de-
fructus beneficii illius acquisitione dominii illorum fructuum, cum
fructus beneficii acquirantur haberit legitimum ejus titulum.
Nec est quaesitio de nomine, sed multum refert utrum
horum dicatur. Si enim hic parochus sit dominus fructuum,
& donec aliquis in propria specie, non effectus ob id im-
petens ad restituendum, non tenebitur donatarius ille resti-
tuere, parochus non restituente, utpote qui rem a vero do-
mino accepit. Quod secus esset, si non esset dominus.*

Difficultas autem in quatuor casibus consistit. I. est, quan-
do recipiens curatum, non intendebat promovendi, & tandem
mutata voluntate intra annum promotus est, an teneatur
restituere fructus perceptos eo tempore quo caruit intencio-
ne? II. quando animus recipiendi sacerdotii fuit dubius, ac
postea mutata voluntate non est promotus. Ultimus, quan-
do animus aditit implendi omnia ad quae tenetur, at non
permanendi in eo beneficio, sed donec pinguis assequatur,
aut illud renuntiet pensionem reservata, aut permittit.

In primo igitur, *Sot. lib. 10. de just. q. 5. ar. 6. col. 3. paulo ante
vers. Percontaris*, affirmat teneri hunc fructus restituere per-
ceptos eo tempore, quo intentione caruit. Quare parentem
illam textus, *c. Commissa, vers. Ceterum, de elect. in 6. ibi
(nisi voluntate mutata promotus fueris)* ait non referri ad
fructus aucta perceptos, quasi illos acquirat parochus ob vo-
luntatis mutationem: sed ad fructus percipiendos ex tunc,
illos enim acquirat. Idem videtur sentire *Toledo lib. 6. summi.
cap. 5. n. 5. ubi dicit sufficientem beneficium curatum ani-
mo non recipiendi ordinem, teneri restituere fructus per-
ceptos toto tempore antecedenti mutationem voluntatis. Sed
abique dubio tenendum est, nullos fructus teneat con-
stituere. Primo, quia expresse textus *dist. cap. Commissa, §.
Ceterum*, non obligat hunc absolute ad fructus restituendos,
sed sub conditione, nisi voluntate mutata promotus eo an-
no fuerit. At hic deficit conditio, cum jam promotus sit.
Nec valet expolitio Soti, ad libitum enim explicat eum
textum de fructibus in posterum percipiendis: eo vel maxi-
me,*

me, quod textus aperte loquatur de fructibus jam perceptis, ut constat ex ratione quam subdit, ibi: *Cum eos receperis fraudulenter*. Præterea, quia ratio decisionis ejus textus est, fructus Ecclesie facti recipiendo fructus beneficii integro anno, ac postea amittendo illud defectu sacerdotii assumpti: prout expresse in ipomet textu dicitur. Quæ ratio non habet locum in hoc eventu. Cum fructus intentata non sortita sit suum effectum, nec damnum Ecclesie excogitatum sit subsecutum: illo intra eum annum assumente, prout tenebatur, sacerdotium. Et ita clare hujus sententia sunt *Gloss. eodem c. Commissa*, v. *Mutata*, & v. *Promovendum*: & ibi *Archid. in fin. Dominicus ibi*, s. *Illud*, n. 2. *Super glossa*, v. *Promovendum*, ubi dicitur promotione secuta purgari fraudem. Et tenent impugnato Soto, *Navar. cap. Quando, de consecrat. dist. 1. cap. 21. num. 46.* & *Jo. Ludov. Lopez*, 1. part. *infruct. cap. 25. ad finem*.

8. Imo si Episcopus, postquam parochus ille mutavit, voluntatem dispensare cum eo, ne ratione studii promovetur ad sacerdotium per septennium, juxta c. *Cum ex eo, de elect. in 6.* prout potest dummodo intra illum annum subdiaconus fiat, adhuc non amitteret fructus tempore præterito inique voluntatis perceptos: etiam in fine anni Episcopus dispense, quando jam non poterat ad sacerdotium promoveri (potest enim junc Episcopus dispensare, modo intra eum annum fiat subdiaconus: cum non sit privatus, donec labatur annus, teste *Rebus. praxi benef. tit. de non promotis intra annum, n. 43.* & *44.* ubi alios refert.) Ratio est, quia textus d. c. *Commissa*, verb. *Ceterum*, eximius a restituendo obligatione fructus temporis præteriti voluntatis, dummodo parochus ille mutata voluntate promotus sit, nisi aliud intendit, quam ut parochus ille suæ obligationi satisfaciat, recipiens ordines intra tempus jure præscriptum. At tempus jure præscriptum est, ut intra annum sacerdos fiat, vel si Episcopus dispense ratione studii per aliquid septennium, ut intra illum annum ad subdiaconatum, & intra illud aliud septennium ad sacerdotium ascendat. Non igitur fructus amittit tempore præteriti voluntatis perceptos, si intra illorum octo annorum spatium Episcopo licet dispensare, sacerdos fiat, & intra annum subdiaconus.

9. Hinc inferitur recipientem beneficium parochiale animo non ascendendi tempore jure præscripto ad sacerdotium, & postea mutata voluntate id intendendum, si tandem tempore præscripto non correspondit suæ obligationi ascendens ad sacerdotium, non posse retinere fructus aliquos illius beneficii. Quia vere recipit beneficium non intendens promoveri: in quo casu textus dicit. *cap. Commissa*, *vers. Ceterum*, obligat cum ad fructus restituendos: & solum casum excipit, in quo voluntate mutata promotus est. Ergo quavis mutet voluntatem; si revera ea mutatio non habuit effectum, tenebitur integros fructus restituere.

10. In secundo casu, quando quis recipit beneficium curatum hæsitans an promoveatur, aut intentione conditionali, nimirum, ascendendi ad ordines tempore ubi jure præfixo, nisi interim felicitas quid sibi contingat, ut mors fratris primogeniti, & sit ipse futurus hæres, vel quid simile, *Sotus lib. 10. de justit. q. 5. art. 6. col. 2. vers.* & nota, in utroque casu obligat ad fructus restituendos, perinde ac si vere recipere beneficium non intendens promoveri. Et ipsum loquitur *Gut. lib. 2. qu. canon. cap. 5. n. 22.* Ducuntur, quod textus dicit. *c. Commissa*, s. *Ceterum*, absolutam recipienti sacerdotii intentionem postulat, ut parochus iura conscientia fructus comparet: cum enim absolute percipiat fructus, absolutam quoque debet esse intentionem. Alias verificatur ratio textus, nimirum, fraudulenter hunc fructus percipere. At verius est, recipientem ea intentione conditionali non teneri fructus restituere. Ducor, quia textus dicit. *cap. Commissa*, s. *Ceterum*, loquitur de illo, qui a principio cum accipit Ecclesiam, habet animum non assumendi sacerdotii, sed fructibus fruendi (ut expresse docet *Anchor. dicit. c. Commissa* *nu. 3. notab. 6.*) Atque ita loquitur de volenti fraudulenter lucrari fructus anni dati ad assumendum sacerdotium. Quod in hoc non verificatur, nec enim beneficium animo doloso suscipit, nec caruit intentione assumendi sacerdotii, sed illam firmam habuit, nisi felicitas illo tempore quicquam contingerit. Et confit quia negatio illa præcedens illud participium, intendens, dicit. *s. Ceterum*, negat quicquid post se invenit, & ejus oppositum ponit, cum ea sit negationis natura. Quare intelligitur de nullam habente intentionem. At intentio conditionalis est intentio: sicut dispositio conditionalis est vera dispositio, quamvis non tanti effectus, ac simplex, s. *Omnis*, *Instit. de verb. oblig. c. 51. pp. 16. de refer. in 6.* & ideo hanc intentionem sustinet *Navar. summ. Latin. c. 25. n. 118.* ad fin. & *cap. Quando, de consecrat. dist. 1. c. 21. n. 45. vers. 34.* & *Miscellan. 45. de oratione, in nova edit. num. 5. vers. Sexto*, *Grassius 1. par. decis. lib. 2. cap. 97. num. 55.* *Manuel 1. tom. summ. 2. edit. 1. 30. n. 6. concl. 8.* *Ludov. Lopez 1. par. infruct. cap. 255. col. 7. s. Post hæc superest*, *Vega 1. tom. summ. cap. 36. col. 23.* Unde nec peccat accipiens curatum ea intentione conditionali. Quod bene docet *Navar. eisdem locis*, & colligitur ex reliquis allegatis contra Sotum. Quia textus intentionem petit, & hic revera illam habet. Quando autem animus esset vere dubius, crederem eum peccare mortaliter, & tenere fructus restituere. Quippe hæsitans non habet veram intentionem. Et ita cum Soto, & Gutierrez sentiant *Manuel Ludov. Lop. Vega*

ibid. Nec credo *Navar.* sentire oppositum, confundit enim animum dubium cum conditionali: & rationes, quas affert, de solo conditionali probant, ac proinde de illo solo intelligitur sua sententia.

In tertio casu, nimirum, quando recipit curatum intendens promoveri, & postea mutata voluntate non promotus est, an teneatur fructus perceptos a tempore quo mutavit voluntatem, restituere? Quidam asserunt cum teneri, unde dum textus c. *Commissa*, v. *Ceterum*, de elect. in 6. solum obligat ad hanc restitutionem, recipientem curatum abique intentione sacerdotii assumendi: dicunt intelligi textum de fructibus perceptis ante voluntatis mutationem, sed de perceptis postea. Quod militet eadem ratio, ac quando a principio non habuit intentionem: jam ex tunc verificatur hunc intentionem non habere. Insuper militat ratio reddita intertextu, ex tunc enim fraudulenter recipi fructus: & Ecclesia patitur id damnum, ut hic retineat residuo tempore illius anni fructus beneficii, & eo transacto vacet, eo quod ad sacerdotium promotus non sit. Ita docet *Gloss. dicit. cap. Commissa*, v. *Non intendens*, & ibi *Dominicus*, s. *Ceterum*, n. un. *super eam glossam*, *Sotus lib. 10. de justit. q. 5. art. 6. col. 2. concl. 3.* *Navar. summ. Hispan. c. 25. n. 124.* *Angles Floribus 2. part. ubi de restitut. qu. unie. de clericis restitutions obnoxii, art. 1.* *Aub. 6. Gutierrez*, lib. 2. qu. canon. cap. 5. num. 2. *Toledo lib. 4. summ. c. 18. n. 4.* *Grassius 1. par. decis. lib. 2. cap. 97. nu. 254.* At verius est non teneri eos fructus restituere. Quia textus solum obligat recipientem beneficium nec intendendum promoveri: at hic intendens promoveri illud recepit. Nec eadem ratio militat in utroque casu. Quod longe gravioris culpe reus fit, qui ab initio fraudulenter accipit Ecclesiam carens animo sacerdotii assumendi, quam bona intentione recipiens, & postea ea mutata retinens. Et ita docet *Navar. cap. Quando, de consecrat. dist. 1. c. 21. n. 50.* & *summ. Latin. c. 25. n. 118. vers. Decimo*, & in effectu hanc partem sustinent *Lud. Lop. 1. par. infr. c. 255. col. 3.* *Manuel 1. tom. summ. 2. edit. cap. 30. n. 6. concl. 6.* *Vega 1. tom. summ. c. 36. col. 23.* Quamvis enim hi temperent, si eo tempore sufficientem Vicarium præposuerint, qui parochi munia obiat: non est disputatio præterea, nisi an sit restituendi obligatio solo voluntatis assumendi sacerdotii mutationem. Et fayerit *D. Anton. 3. p. 1. 15. c. 1. s. 3. ad fin. Sicut verb. Beneficium 3. qu. 2.* ubi dicitur habentem a principio intentionem non teneri fructus restituere, licet tantum temporis ex eo annotaverit, ut jam nequeat ad sacerdotium promoveri.

In ultimo casu, quando quis recipit beneficium, animo 13 non retinendi illud in perpetuum, sed donec pinguis habeat. Quidam id gannant, nec qualitate culpe explicant, sed dicunt cum peccare: nec explicant de quali beneficio loquantur, sed indistincte de beneficio agunt. Adhucque non teneri hanc dimittere beneficium, sed mutare propostum. Ducuntur, quia sicut contrahens matrimonium carnale tenetur habere animum permanendi perpetuo cum uxore: ita assumens beneficium tenetur id animo habere: utpote qui matrimonium spirituale cum Ecclesia iur. Ita docent *Hoff. cap. Relatum*, n. 2. *de cler. non res. c. ubi Anton. n. 8.* *Abbas in fin. Angel. Clericus 7. n. 6.* *Silva. v. Beneficium 3. in Gabriel 4. dist. 15. q. 8. art. 3. sub 1.* Qui addit teneri hanc dimittere beneficium aut propostum mutare. Ceterum nullam culpam video, si is firmum habeat animum interserviendi illi beneficio, qualecumque sit, dum illud tenuerit: & implendi omnia ad quæ beneficium obligat: quamvis propostum habeat solum retinendi illud, donec pinguis obtineat. Non enim est textus jubens ut recipientes habeat animum perpetuo id beneficium retinendi. Nec similitudo ex matrimonio carnali deducta id suadet, cum longe diversa ratio sit: matrimonium enim carnale est vinculum perpetuum, secus hoc spirituale. Et ita docent *Navar. summ. cap. 25. Latin. n. 118. vers. 10.* *Hisp. n. 124. in. Manuel*, & *Vega*, *num. præced. allegati.* Unde bene *Navar. lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de præbendis*, *consil. 24. num. 2.* ait non peccare recipientem beneficium parochiale firmo animo interserviendi illi tempore, quo id habuerit, donec illi renuntiet reservata pensione ex Pontificis licentia, vel permittet cum alio. etiam proponat unico solo die tenere illud, dummodo eo die impleat, quod tenetur.

Hactenus de beneficio curato habitus est sermo, jam de 13 beneficio simplici agendum est, qualiter peccet, ac teneatur restituere fructus, illud accipiens fraudulenter, animo nimirum fruendi ad tempus illius fructibus, & non ascendendi ad ordines sacros, sed relinquendo statum clericalem, ac transibendo ad matrin. Et a fructibus incipiendo, quibusdam placet teneri hunc ad fructus restituendos. Quia quamvis c. *Commissa*, *vers. Ceterum*, de elect. in 6. præcipiens hanc restitutionem, loquatur de beneficio parochiali, atratio in textu tradita, nempe fraudulenter recipi fructus, non habita ea intentione recipienti ordines, præcedit quoque in beneficio simplici. Hujus sententia fuit *Rebus. praxi benef. tit. de non promotis intra annum, n. 83.* *Gobriel 4. d. 1. c. 8. art. 3. sub. 1.* *Adrian 4. materia de restit. q. de Ecclesiasticis consensibus redditus beneficii ultra decem menses solvatur*, s. *Pro responsione ad questionem, vers. Ex qua concluditur, in parvis voluminibus est fol. 128. pag. 1.* Sed dicendum est eum non teneri restituere fructus. Quia id solum constitutum est dicit. *c. Commissa*, *vers. Ceterum*, de habitibus beneficia parochialia: quare cum mul-

multo levius delictum sit recipere simplicia abique intentione assumendi ordinis sacri eis annexi, non est cur decretum illud ponale, & odiosum sit extendendum ad beneficia simplicia. Et ita tradunt *Sotus lib. 10. de justit. qu. 5. art. 6. col. 3. vers.* *De aliis autem*, *Nav. sum. Latin. c. 25. n. 118.* *Hisp. n. 124.* & *cap. 28. addit. ad n. 125. c. 25.* & *cap. Quandoque consecr. d. 1. c. 21. n. 51.* *Angles Floribus 2. part. ubi de restitutions, qu. unie. de clericis restitutions obnoxii, art. 1. dub. 4.* *Gutierrez. qu. canon. l. 2. c. 5. n. 24.* *Toledo lib. 4. sum. c. 18. n. 4.* & *l. 5. c. 5. n. 5.* *Emm. Sa summ. v. Beneficium n. 38.* *Lud. Lop. 1. par. infr. c. 256.* *S. Porro alia qu. Grassius 1. par. decis. l. 2. c. 97. num. 55.* *Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 30. n. 4. concl. 3.* *Vega 1. tom. summ. c. 36. col. 20. s. Alo segundo.*

14. Gravior autem est difficultas de culpa, qualis sit beneficium simplex accipere animo non perseverandi in statu clericali, aut non ascendendi ad ordines sacros? Et quidem quando est annexus ordo sacer illi beneficio simplici est culpa mortalis id accipere, aut retinere animo non recipienti ordine annexum illi beneficio. Quia jure naturali, divino, & humano, accipiens officium, debet curare esse habilis ad illud, l. *Idem juris*, ff. ad l. *Aquilam*, c. *Non est putanda*, l. *q. 1.* & ita tenent *Sotus lib. 10. de justit. q. 5. art. 6. col. 4. paulo ante vers. De personibus autem*, *Gutierrez. lib. 2. qu. canon. cap. 5. nu. 25.* *Toledo lib. 5. sum. c. 5. n. 5.* & *l. 4. c. 18. n. 4.* ubi addit eum absolvendum non esse, donec aut animum mutet, aut beneficium dimittat, *Lud. Lop. 1. par. infr. cap. 256. col. 3.* *Jam & alia minoriora.* Et videtur sentire *Navar. c. Quando, de consecr. d. c. 21. n. 51.* ubi dicit esse peccatum, quamvis non explicet an sit veniale, an potius mortale. Quamvis idem sentiat *Nav. summ. Latin. c. 25. n. 118.* ad fin. dicit habentem simplex beneficium abique animo recipienti ordinis sacri, & ascendendi in habitu clericali, delinquere mortaliter, non ratione intentionis non assumendi ordinem, sed defectu habitus clericalis. Sed forte potest intelligi de beneficio simplici non habente ordinem sacrum annexum, de quo agemus n. 16. & seq. Licet colligitur ex *Emman. Sa summ. v. Beneficium*, n. 39. ubi ait habentem beneficium, cui est ordo sacer annexus, teneri intra annum ordinem ad illud requisitum recipere. Similis est culpa, si animus esset dubius, ut de beneficio curato probavi, n. 10. secus si animus esset conditionalis: tunc enim non peccaret, ut eodem n. 10. dixi de recipiente curatum. Et quamvis *Gutierrez*, id neget in beneficio curato, admittit tamen in simplici, *lib. 2. quæst. can. 5. num. 27.*

15. Sed peres, quando dicatur annexus ordo sacer beneficium simplici? Id quidem bene, & breviter explicuit *Sot. lib. 10. de justit. q. 5. art. 6. col. 4. vers.* *De aliis*, dicens qui est annexus clericale obsequium. Idem *Navar. c. Quando, cap. 21. n. 51.* ubi reddens rationem, cur tenetur habere animum accipiendi ordinem sacrum, recipientem beneficium, cui ille est annexus, ait, quia accipiens minus aliquod, debet curare esse habilis ad illud obtinendum. Sentit ergo id beneficium habere ordinem sacrum annexum, quod obligat ad obsequium aliquod clericale, quod abique ordine illo sacro exerceri nequit. Præterea, quia petente fundatore capellaniam, ut capellanus tot faciat sacra, est omnium sententia, exigi ordinem sacerdotalem ad illam: ac solum maxime controversiter inter DD. an in ordo actu exigatur in capellano eligendo: an potius sufficiat ut postea incitetur, ut potest videri in *Lambert. de iur. pat. lib. 2. p. 1. q. 7. tot art. 20.* *Gutierrez. tot consil. 1. Spino specul. restit. gloss. 4. prius. n. 68.* *Zarullus in q. præd. q. 693.* Concludo ergo id beneficium dici habere ordinem sacrum annexum, quod obligat ad omni aliquod petens ordinem sacrum: quod autem non obligat ad ministerium requirens ordinem sacrum, non habere illum annexum. Ex quo rursus fit, accipientem capellaniam, aut retinentem abique animo saltem conditionali ascendendi ad sacerdotium, quando ea habet Missarum annuum annexum per capellanum implendum, peccare lethali-ter, juxta dicta n. præced. Nam ea habet ordinem sacerdotii annexum, sine quo id onus Missarum injunctum impleri nequit. Id vero temperem, quando capellaniam efficit magni momenti, ut si excederet redditus centum nummos aureos; alia reputarem eam tenendam ad hunc effectum, ut esset culpa lethalis illam accipere abique animo sacerdotii assumendi, implendo tamen fideliter ea, ad quæ capellania obligat: institutor tamen rigida apponeret, quibus suam mentem esse explicaret, non posse per substitutum illi deserviri. Et ducor, quoniam capellania tenens non obligat eo rigore, quin contentuado habeat, ut illi per aliam deserviat.

16. Quando vero non est annexus ordo sacer beneficium, non ita clare loquuntur DD. qualis culpa sit illud recipere animo non ascendendi ad ordinem sacrum, nec perseverandi in clericatu, sed ducendi uxorem. *Sot. lib. 10. de justit. q. 5. ar. 9. col. 4. paulo ante vers. De personibus autem*, dicens esse mortale recipere beneficium, cui est annexus ordo sacer abique intentione ordinis illius assumendi, subdit, si nullus ordo sacer fit annexus, saltem necessarian esse intentionem clericorum more vivendi, absurdum enim dicit esse retinere cum animo ad matrin. convolandu, aut seculariter vivendi: imo ait non vacare culpa postidentem præstimoniam cum ejusmodi seculari animo, & habitu. Ubi videtur censere non esse mortale, beneficia simplicia nullam sacrum ordinem annexum habentia recipere animo non assumendi ordinem: at ex mortale, ea recipere cum intentione non permanendi in statu clericali, *Thom. Sanchez de Matrim. Tom. II.*

sed transeundi ad nuptias. Quia in priori membro de culpa lethali egit, & ita mentem Soti esse ut sit culpa lethalis, intellexit *Navar. c. Quando, de cons. dist. 1. cap. 21. n. 52.* Sotum sequitur *Gutierrez*, cum eadem confusione loquens, *lib. 2. qu. canon. cap. 5. n. 25.* & videtur sentire *Toledo lib. 3. sum. cap. 18. n. 4.* & *lib. 5. cap. 4. n. 5.* Quibus in locis indistincte ait reum esse culpe mortalis, accipientem aut retinentem beneficium simplex animo uxoris ducenda. Et in terminis propriis *Navar. miscell. 44. de oratione, in nova edit. n. 2.* dicit esse peccatum mortale recipere beneficium simplex, animo mutandi postea statum clericalem in conjugalem. Et quamvis hic non explicat, si id beneficium non habeat ordinem sacrum annexum: at dicit sententiam, quam ipsemet habuerat *c. Quando, cap. 21. n. 52.* ubi expresse dixit non esse mortale recipere beneficium non habens sacrum ordinem annexum, cum proposito postea eo relicto transigendi ad matrimonium, intelligendum esse, quando intentio mutandi statum non est absoluta, sed sub conditione, si aliquid felicitas obrigerit. Unde clare tenet in hoc casu esse culpam lethalem. Et idem *Navar. miscell. 45. n. 5.* & *lib. 3. consil. tit. de præbendis. in 1. edit. consil. 16. n. un. Flamin. de regnat. benef. leg. 4. qu. ult. num. 47.* *Gutierrez. lib. 2. qu. can. cap. 5. n. 26.* dicunt peccare, non explicantes qualitate culpæ, recipientem beneficium, cum intentione postea statum clericalem deserendi. Et loquuntur indistincte de beneficio. Et fundamentum hujus sententia est, beneficia instituta esse ad sustentandum clericum in statu clericali, quare ordo perveritur, & debitus finis, quando ea suscipiuntur animo fructus ad tempus capiendi, ad sustentandum postea secularium statum ac conjugalem.

1. Tamen Conclusio fit. Quando beneficium simplex nulli 17 ordinem sacrum annexum habet, vacat protius culpa, illud recipere cum intentione nullius sacri ordinis recipienti: at in statu clericali perseverandi, ac satisfaciendi oneribus ad quæ beneficium obligat. Cum enim nullum jus obliget hunc ad suscipiendos ordines sacros, nec beneficium esse peccat, nullius præcepti reus est carens eo animo: ac subinde nec venialiter peccat. Et ita, videtur sentire *Sotus*, & *Gutierrez*, *num. præcedenti allegati*, & tenent *Navar. summ. Latin. cap. 25. num. 18.* *Ludov. Lopez 1. par. infruct. cap. 256. col. 3.* *Jam & alia minoriora*, *Manuel 1. tom. summ. 2. edit. cap. 30. num. 6. concl. 6.* *Vega 1. tom. summ. c. 36. col. 23.*

Hinc deducitur possessorem beneficii, cui non est ordo 18 sacer annexus, non teneri habere absolutam voluntatem recipienti sacros ordines exstante utilitate, vel necessitate Ecclesie, sed satis ei esse habere voluntatem absolutam subeundi omnia onera beneficii annexa tempore, quo id possederit: & disjunctivam assumentem ordines sacros cum Episcopos cogente necessitate, vel utilitate Ecclesie sufficere, aut dimittendi beneficii. Ita *Navar. lib. 3. consil. in utraque editione, de præb. consil. 1. in. & miscellan. 44. de orat. in nova edit. in fine.*

II. Conclusio. Probabilis credo non peccare mortaliter 19 recipientem, aut retinentem beneficium simplex cui sacer ordo annexus non est, animo illud ad tempus retinendi, & ejus fructibus fruendi: posteaque eo deserto ad secularem vitam, aut conjugalem transeundi: dummodo eo animo accipiat, & retineat, ut velit et sufficienter inservire, donec illud mutato statu relinquat. Quod nullo jure probetur teneri hunc habere animo sub culpa mortali perseverandi in statu clericali: imo jura liberam ei concedunt transitum ad nuptias, modo beneficium relinquat, *cap. Joannes*, *cap. Dorothei, de clericis conjugat.* Ita docet *Navar. cap. Quando, cap. 21. n. 52.* Id tamen concederem Doctoribus, n. 16. allegatis, nempe, esse culpam venialem. Quia negari non potest esse aliqualem debiti persuasionem, ut probat ratio num. 16. in fine adducta, non tamen ea est tanti momenti, ut culpam lethalem constituat.

Ultima Conclusio. Similis culpa venialis est, acceptare 20 pensionem titulo clericali collatam, animo ea ad tempus fruendi, & postea transeundi ad statum conjugalem. Quia aliquis debiti ordinis est perverfus: cum ea similiter constituat ad sustentandum clericum in statu clericali, ut constat ex bullis concessionum pensionis: in quibus appellat Pontifex clericum eum, cui illam concedit, & subdit: *Ut commodius se sustentare possit.* Et ita intelligo *Navar. miscell. 45. in nova edit. de oratione, n. 6. vers. 7.* dicentem hunc peccare. Qui bene addit, n. 6. *vers. 7.* non teneri hunc fructus restituere. Quod constat ex dictis num. 13. ubi idem probavi de fructibus beneficii simplicis eo animo recipienti.

DISPUTATIO XLVI.

An clericus in minoribus constitutus per matrimonii contractum amittat privilegia clericalia?

SUMMARIUM.

Quæ conditiones desiderantur, ut clericus conjugatus retineat privilegia, num. 1.
Nullo privilegio gaudet, nisi unicum & virginem ducens, consuramque ac vestes clericales deserens ministris Ecclesie, 2.

Quando non incurrit bigamiam ex duplici matrimonio, aut ex eo inito cum corrupta: aut non veram bigamiam, quia duxit virginem; Et eam post adulterium cognoscere, non perdit privilegium canonis; Et fori, 3.
 Effectus bigamus gaudet privilegio fori quoad delictum antea commissum: Et quoad hoc spectatur delicti tempus, 4.
 An sit opus omnes vestes interinas, & externas esse clericales? 5.
 Que dicende sint vestes clericales, 6.
 Cuius iudicis sit hec cognitio, & an clericus habeat conditiones requisitas? Et in quo carcere debent esse pendenti hac lite, 7.
 An amittantur hec privilegia per unam habitum dimissionem, 8.
 Quid, si clericus non deferat tonsuram, quod capillis careat, 9.
 An debeant tempore delicti, & captivitate, vestes clericales deferri, ac tonsura? Et quid post delictum dimittantur, 10.
 Explicatur cap. Joannes, de cleric. conjug. n. 11.
 Clericus conjugatus, extra duo privilegia, reputatur in aliis laicis, & est incapax omnium, que clericatum possunt, 12.
 An perdat privilegia per sponsalia, & per matrimonium, 13.
 At potest esse assessor. Et qualiter intelligatur, si eum Episcopus Vicarium nominet, 14.
 Nec potest interesse dronit, 15.
 Nec est exemptus a gabellis, numeribus, & obsequiis, 16.
 Quot questiones disputanda sunt, 17.
 An deferretur aliqua mentio, vel sententia iudicis, ut clericus conjugatus amittat privilegia? Proponuntur iudicia desiderari, 18.
 Non desideratur mentio, nec sententia aliqua, 19.
 Solvuntur argum. Et explicatur mater proprius S. Pii V. contra Sodomitas, an desideratur sententia, ut illi amittant privilegia clericalia. Et Trid. sess. 7. c. 10. de reform. an obsequia sententia perdat privilegia, qui initiatur cum literis dimissorias capituli sede vacante non potentes eas concedere, 20.
 An clericus conjugatus servans omnia requisita, gaudeat in civilibus privilegio fori? Referuntur quedam sententia, 21.
 Proponitur sententia Aulicis, 22.
 An possit in carcere detrueri per iudicem secularem pro causa mere civilis, 23.
 Solvuntur argumenta, 24.
 An si vacet negotiatio, & arma portet, fruatur privilegiis? Referuntur quedam sententia, 25.
 Proponitur sententia Aulicis, 26.
 An sententia dimittens habitum, & tonsuram, gaudeat privilegiis, illa resumpta? Referuntur duplex sententia, 27. & 28.
 Proponitur sententia Aulicis, 29.
 An gaudeat omnibus privilegiis defuncta uxore, 30.
 Solvuntur argumenta, 31.

Disputatio hæc versatur circa intelligentiam textus c. un. de cler. conjug. in 6. ubi statuitur duplici solo privilegio posse gaudere clericum in minoribus ordinibus, in eumdem matrum. nimirum can. si quis Suedent 17. q. 4. ut violenta manus in ipsum iniiciens incurrit excommunicationem: & fori, nempe, ut non pertineat ad forum iudicis secularis, in causis criminalibus, five criminaliter, five civiliter agatur: prout clericus conceitum est cap. 2. de foro compet. Et petitur ibi duplex conditio, ut his privilegiis gaudeat. Altera, ut unicam, & virginem duxerit. Altera vero, ut tonsuram, & vestes clericales deferat. Quod si utramque conditionem non servet, decernitur ibi cum nullo privilegio gaudere. Idque decretum confirmatum est in Trid. sess. 23. c. 6. de reform. & additur tertia conditio, ut iis privilegiis gaudeat clericus conjugatus, nempe, ut alicui Ecclesie deputatus ab Episcopo interviat. 2
 Hinc deducitur I. clericum bis conjugatum, aut cum corrupta, ut si cum unica, & virgine, non deferat tonsuram, & vestes clericales, aut non ministrat Ecclesie ex Episcopi deputatio, minime gaudere privilegio aliquo clericali, ut expresse deciditur in textibus num. præced. allegatis. Quia omnes hæc conditiones in eis petuntur.
 3 Intelligit tamen hoc verum esse, quando ex duplici matr. vel cum corrupta contrahitur vera bigamia. (Quod quando eveniat, dicemus in impedimento bigamini, tractantes de bigamia.) Si enim non contrahatur bigamia, ut quia clericus ille duxit a se solo corruptam, aut si ab alio, non consummavit matrimonium, vel si duplex initum matrimonium, alterum non consummavit est. Nam ratione bigamie privat textus c. 1. de cler. conjug. in 6. clericum, qui non cum unica, & virgine contraxit, omnibus privilegiis clericibus. Quare tale matr. id non operatur, ubi ex eo non contrahitur bigamia. Imo si clericus post initum matr. cum unica, & virgine efficaciter impetrative bigamiam cognoscens uxorem adulteri quantumvis notorii ream, non ob id observans cetera requisita, perdat privilegium canonis, & fori. Quia conditiones petite d. c. un. ut iis privilegiis gaudeat, invenitur in eo, utopore qui unicam, & virginem duxit. Et ita sententiæ Auferrius, dicens ita decem esse Tholose, & esse ex mente omnium, decess. Tholose. 64. n. un. de dec. 235. n. 2. Et 3. Jul. Clar. lib. 5. recept. 9. in præf. crim. q. 36. n. 10. Ant. Cuc. l. 3. inquit. maior. 1. n. 18. Farin. præf. crim. t. de inquit. q. 8. n. 8.
 4 Intepit ut clericus conjugatus amittat privilegium fori propter bigamiam, desideratur ut tempore delicti commissi illam

contraxerit, si enim antea, habens omnia requisita ut fori privilegio gaudeat, delictum perpetret, fruetur fori privilegio quoad id delictum, quamvis postea effectus sit bigamus, iniens aliud matrimonium priori uxore defuncta. Quia ad gaudendum foro, spectatur tempus tempore delicti admitti, ut arguuntur l. 1. ff. de penis tradunt Baldus l. Affinitatis, in fin. C. communia de success. Alex. conf. 8. ad fin. lib. 1. & conf. 149. num. 9. lib. 6. & multi alii, quos refert, & sequitur Barbosa ff. de iur. allegand. Et ita docent in nostris terminis, Julius Clarus eadem q. 36. n. 11. Anton. Cucus eadem tit. n. 19. allegati nu. præced. Barbosa l. Titia 35. num. 33. ff. solut. matr. 5
 Non tamen satis est clericus conjugato, ut alio altera veste clericali indui, sed omnes vestes extrinsecas apparentes debent clericales, & honeste esse, ut privilegio aliquo gaudeat. Quia cap. un. de cler. conjug. in 6. ibi: Vestes deferant clericales, non petitur vestis in singulari, sed in plurali vestes petuntur. Idem constat ex c. si iudex, de sent. excomm. in 6. ubi etiam in plurali petuntur clericum vestes clericales deferre, ut donec de contrario constat, clericus primum. Et redditur ratio ibi, his verbis: Justum est enim ipse talis, quem gestat, ex habitu presumatur. Et ideo ita docent gl. dist. c. unie. in casu postione, vers. Nota, ibi, vestes. Et ibi Jo. Andr. n. 2. Ancb. n. 4. notab. 2. Domin. ibi, in princip. nu. 5. Francus in principio, n. 1. Auferrius decess. Tholosa 253. n. 1. Et 2. Covar. quest. præf. crim. cap. 31. num. 7. vers. 2. Farinac. præf. crim. tit. de inquisitione, quest. 8. num. 65. Azor lib. 13. inquit. moral. cap. ult. quest. fin. Unde si vestis non clericalis lateat, quod exterior ita longa sit, ut illam contegat, gaudebit privilegio clericali. Et constat ex elem. 2. de vita, & honest. cler. ubi ponderatur publica vestis indecentia, ubi: In hoc publico portare. Et ita docent gl. Jo. Andr. Domin. Ancbar. Francus, proxime allegati.
 Sed quæres, quamnam sint vestes clericales? Patentur omnes id certis limitibus præscribi non posse. Quia c. penult. de vita, & honest. cler. c. elem. 2. eod. tit. certis quibusdam vestibus tanquam indecentibus interdicitur clericis, non tamen præscribitur quibus uti debeant. Quare id communi usu relinquendum est, ut illæ clericales vestes censentur, quæ communis clericorum usus in ea provincia receptæ sunt, & ex quarum aspectu a quocumque clerici iudicentur. Ita gl. dist. c. penult. v. Deauratis, ibi communiter approbata, & elem. 1. v. Secularis, in fin. de elect. & cap. si quis virorum v. Veste 30. dist. Philipp. Probos addit. ad Monachum, cap. unie. de cler. conjug. in 6. n. 4. Roland. conf. 4. n. 27. l. 1. Covar. multos alios reticens, q. præf. c. 31. n. 7. vers. 4. Jul. Clar. lib. 5. recept. 5. in præf. crim. q. 36. n. 13. Et 14. Ant. Cuc. lib. 3. inquit. maior. t. 9. n. 7. Et 74. Burgoz de Pat. conf. 22. n. 5. Farinac. præf. tit. de inquisit. q. 8. n. 69. Azor lib. 13. inquit. moral. c. ult. qu. fin. Quod quidem non ita accipiendum est, ut satis sit esse clericos conjugatos iis vestibus uti, quibus laici uxoriata iuxta regionis consuetudinem utuntur. Sed illis indui debent, quæ ex regionis usu honeste clerici conjugati utuntur. Nam cum quis canonicum vestium qualitatem minime præscripserit, eorum definitio consuetudini relinquatur: nec cogendi sunt iis vestibus uti, quibus clerici non conjugati minister Ecclesie vacantes utuntur, ut constat ex c. Joannes, de cler. conjug. ibi: Cum de consuetudine terræ tua clericus conjugatus non cogatur in vestibus portare tonsuram. Ita cum alios docent Covar. eod. tit. n. 7. ff. 4.
 Porro autem juredum ius sit cognitio, non vestes sint clericales, & an conditiones requiritur concurrant in clericis conjugato, ut gaudere debeat privilegio fori: & an lite hæc pendenti custodiendus sit in carcere seculari, an potius in Ecclesiastico: præter Authores antiquos, quos ipsi referunt, consulendi sunt Cov. qu. præf. cap. 33. n. 1. Et seqq. Julius Clarus lib. 5. recept. 5. in q. 36. num. 21. Burgoz de Pat. conf. 22. n. 3. Ant. Cucus lib. 3. inquit. maior. t. 9. n. 76. Mascar. de probat. concl. 689. n. 9. Farinac. in iur. præf. tom. de inquisit. q. 8. n. 34. Et seqq. Salzedo præf. c. 62. num. 14. Et 19. Barbosa l. Titia 35. n. 34. ff. solut. matr. 5
 Non amittit tamen clericus conjugatus privilegia, per 8
 nam, aut alteram habitum dimissionem, dummodo continuo habitum deferat, quod non videatur habitum delerere, qui statim est resumpturus l. 3. ff. de divor. Ita Auferrius dec. 104. Capelle Tholose, n. unie. Anton. Cucus lib. 3. inquit. maior. tom. 6. 69. Farinac. præf. tit. de inquisit. q. 8. n. 68.
 Nec similiter amittit, si tonsuram non deferat, quod 9
 putatum sit præ morbo Neapolitano, aut calvicie. Quia nemo ad impossibile obligatur. Ita Jul. Clar. lib. 5. recept. 5. in q. 36. n. 17. Farinac. in præf. tit. de inquisit. q. 8. n. 67.
 At debet clericus conjugatus tonsuram, & vestes clericales 10
 deferre tempore commissi delicti, ut quoad illud gaudeat fori privilegio: nec satis erit postea affumere. Sic Covar. qu. præf. cap. 31. n. 8. vers. 5. Anton. Gom. to. 3. variat. c. 10. n. 5. Jul. Clarus lib. 5. recept. 5. in q. 36. n. 15. Avandano de exec. mand. c. 22. n. 12. Farin. præf. tit. de inquisit. q. 8. n. 66. Barb. alios reticens, l. Titia 35. n. 33. ff. solut. matr. Azor l. 13. inquit. moral. c. ult. q. fin. Et in nova recop. huius regni, l. 1. t. 4. l. 2. refertur Pium IV. in quadam bulla declarata ab vitandis fraudes, desiderari ut sex mensibus præcedentibus delictum, deferat habitum clericalem, & tonsuram, Addit Barbosa eodem nu. 13. desiderari quoque delationem habitus tempore capture. At id non credo. Quia quamvis post delictum deferat habitum, & tonsuram, gaudebit utique fori privilegio quo-

quoad id delictum, ut cum Alexandro, dicens esse ex mente omnium, docet Cov. pro. cit. Idque docent Jul. Clar. & Farin. pro. alleg. & constat ex dictis, n. 4. ubi probavimus ad gaudendum fori privilegio non attendi nisi tempus commissi delicti: non ergo refert tempore capture relictas esse vestes clericales, modo tempore delicti delicta sint.
 11 Secundo deducitur intellectus ad c. Jo. de cleric. conjug. ibi: Quoniam igitur ipse clericus non potest privilegio clericali gaudere. Ex quo textu constat, clericum conjugatum non posse gaudere privilegio clericibus. Sed debet intelligi juxta c. un. de cler. conjug. in 6. de reliquis privilegiis præter privilegia canonis, & fori, ut bene docet gl. eod. c. un. v. Declaramus, & Abbas d. c. Jo. n. 3.
 12 Tertia deducitur, clericum conjugatum servantem omnes conditiones requisitas ut gaudeat privilegio canonis, & fori, & reliquis omnibus præter hec duo, reputari mere laicum; ac prout esse incapax eorum omnium, que clericalem tonsuram desiderant. Constat ex c. un. de cler. conjug. in 6. ibi: Ita clericus autem eos gaudeat solutus privilegio clericali. Et ita docent gl. eod. c. un. in casu postione. antepone. Et ibi Jo. Andr. n. 2. Domin. q. fin. n. 3. Francus eod. tit. n. 3. Ant. Cuc. Jo. n. 16. de cler. conjug. & ibi Imola n. 18. Decius c. 2. q. 8. in nova edit. n. 14. q. de iudic. Lambert. de iur. pat. l. 2. p. 1. q. 7. n. 3. n. 4. Covar. alios reticens q. præf. crim. 21. n. 5. init. Flam. de resignat. benef. l. 4. q. 2. n. 109.
 13 Ut autem ea privilegia perdat præter illa duo, satis est matr. nonum consummatum. Quia tunc vere assumptus est status conjugatus clericatus. Quare non sufficit contractus sponsalium de futuro. Quia non est ille vere clericus conjugatus, quem textus d. c. un. privat ceteris privilegiis clericibus. Sic Amph. eod. c. un. not. 1. n. 1.
 14 Hinc rursus inferitur non posse hujusmodi clericum conjugatum esse Vicarium Episcopi in spiritualibus, quod iuridictio spiritualis, & Ecclesie non cadit in laicum, c. 2. de iudic. At hic extra ea duo privilegia reputatur omnino laicus. Ita gl. dist. Jo. Andr. Domin. Francus relati n. 12. Jo. Andr. c. Jo. n. 20. q. 5. de cler. conjug. & ibi Ant. n. 16. Card. n. 6. q. 4. Anch. q. 11. q. 5. Imola n. 18. Abbas cap. 2. eod. tit. n. 2. Henr. c. Divosi n. 7. eod. tit. idem dist. c. 2. n. 12. de iudic. Et ibi Felinus n. 6. vers. Felix primo, & ibi Decius q. 5. in nova edit. n. 13. Lambert. de iur. pat. l. 2. p. 1. q. 7. art. 3. n. 3. Ang. v. Beneficium, n. 15. Et ibi Armilla n. 9. Sylv. v. Beneficium 3. q. 4. n. 8. Tabona v. Beneficium n. 2. q. 12. n. 14. Ant. Cucus lib. 2. inquit. maior. t. 8. n. 188. Majol. de irreg. l. 1. c. 74. n. 8. Broccius alios referens de offic. Vicarii, q. 31. n. 5. Nec etiam potest esse delegatus ad causam spirituales, nec sententia ejus tenebit, quod feratur a non competenti Iudice, cap. clericum nullus, l. 1. q. 1. Ita Jo. Andr. d. c. Jo. n. 10. Ant. Ancl. Card. Lual. Henr. Degrat. n. 154. proxime alleg. Potest tamen si Episcopus habeat jurisdictionem temporalem, esse Vicarium in ea jurisdictione temporali. Quia cum ecclesiasticis iurisdictionibus potest laico competere. Ita Decius cap. 2. de iudic. q. 5. in nova edit. n. 125. Zacharias addit. ad Abb. lib. 2. tit. B. de cleric. conjug. Et multas citatis Broccius dist. quest. 31. num. 11. Insuper potest esse assessor Episcopi. Nam & laicus potest id munus obire. Ita Hoff. cap. 2. ad fin. de iudicis, & ibi Ant. num. 6. ff. Abbas num. 13. Alex. de Neocom. 32. Decius num. 131. Ripa num. 47. Baldus num. 106. fin. Felin. num. 6. Arcob. c. Plures, super gloss. Per arbitrium, 16. quest. 1. Domin. capitulatum, s. Assessorum, num. 5. in princ. v. referri. in 6. Apr. Cucus num. 49. Majol. Broccius num. 12. alios allegans, proxime citatos. Quare si Episcopus laicum, aut clericum conjugatum constitueret laicum Vicarium in spiritualibus, nec dispositio vana esset, deberet verba improprie sumi pro assessoribus, & debent verba improprie sumi pro assessoribus. Sic Bald. Felin. Majol. Broccius num. 10. proxime alleg. Ratio autem cur assessoris officium possit laico competere, ea est. Quia officium assessoris est consilium in Ecclesiastico potest conferre, ut tradit Innoc. cap. 2. de iudic. in fine.
 15 Nec similiter poterit interesse divinis tempore interdicti talis clericus conjugatus, quod solis duobus dictis privilegiis fruatur, & ita docent Navar. summ. cap. 27. n. 174. Toledo lib. 1. summ. cap. 10. n. 3. Aragon. summ. cap. 2. q. 12. art. 1. dub. 1. in summ. 2. edit. c. 16. col. 4. n. 4. Quod bene id temperat cum Navar. d. n. 174. nisi alicubi consuetudo legitime præscripta contrarium obtinuerit.
 16 Nec similiter ob eandem rationem habet privilegium immunitatis quoad gabellas, muneris secularia, indictiones, & quecumque alia obsequia. Hæc enim omnia onera subire tenetur nisi meri laici. Sic gl. cum in ceteris, & ibi omnes de cler. conjug. in 6. & multi alii, quos refert, & sequitur Covar. q. præf. c. 51. n. 6. Azor lib. 13. inquit. moral. cap. ult. q. fin. & extat lex regia de hoc l. 1. recipit. l. 4. l. 2.
 17 Quatuor tamen postsumum questiones disputanda sunt. I. An desideretur mentio aliqua, aut sententia, ut clericus conjugatus amittat privilegia? II. An gaudeat in causis civilibus privilegio fori? III. An pœdat privilegia canonis, & fori, quod negotiatioibus veteret? Ultima, quid sit habitum, & tonsuram delerat, & iterum assumat?
 18 Quæstio I. An ut clericus conjugatus servans conditiones requisitas, amittat cetera privilegia clericalia, præter duo canonis, & fori: aut eas conditiones non servans amittat hæc duo, desideretur mentio aliqua, aut sententia iudicis? Thom. Sanchez de Matr. Tom. II.

Et desiderari persuadet ex sequentibus. Primo, quia Trid. sess. 6. de reform. cap. 10. statuit ne gaudeat privilegio clericibus initiatus minoribus ordinibus, cum literis dimissorias Capituli sede vacante, quando eas concedere nequit. Et tamen Navar. lib. 1. consilii de tempore ordinis in prioribus consil. 19. in posterioribus consil. 28. per totum, deinde desiderari sententiam iudicis. Quod Tridentinum utitur verbo. Non gaudeat, quod est futuris temporis. Quo simili verbo utitur Trid. sess. 23. cap. 6. de reform. dicens clericum minorum ordinum non gaudere privilegio fori, nisi vestes clericales deferat, aut beneficium habeat. Et statim loquens de clericis conjugatis, confirmat decretum c. un. de cler. conjug. in 6. priyans conjugatos omnibus privilegiis, nisi conditiones ibi peritas observent, & si observent, omnibus aliis, præter canonis, & fori, indulta. Ergo similiter privato hæc sententia iudicis indigebit. Et confirmatur, quia cum elem. 1. de vita, & honest. cleric. declaratur clericos, a certis officiis non deficientes post monitionem perdere eo ipso privilegium clericale, tenetur Imola ibi, in fin. Et Joann. Andr. cap. Joannes, quest. 4. de cleric. conjug. desiderari sententiam iudicis declarantis crimen. Ergo a fortiori in nostro casu, in quo Tridentinum tantum dicit, Non gaudeat: & dicit, cap. unie. dicit, Nolumus gaudere. Secundo, quia motus proprius S. Pii V. contra clericos execretes solomiam editus sic ait: Preter canonis autem honestate privatus omni privilegio clericali. Et tamen contra Navar. summ. Latin. cap. 27. num. 249. dicens non exigi sententiam iudicis, tenetur eam necessariam esse. Emili. lib. 14. de irreg. cap. 5. num. 12. Boninat. l. 1. F. Grassi l. 1. part. dec. lib. 2. cap. 90. num. 5. Et seq. Manuel l. tom. summ. 2. edit. cap. 210. num. 2. Vega 2. to. sum. cap. 102. cas. 22. ad finem. Tandem quia Sotus lib. 1. de iustit. q. 6. art. 6. q. 1. 2. de iudic. legem privantem eo ipso privilegia, non obligare aut sententiam. Et confirmat, quia trina mentio desideratur, ut clericus in minoribus constitutus non defertens tonsuram amittat privilegium clericale: si vero aliquis, c. In audientia, c. Contingat, de sent. excomm. 1
 At verissima sententia est nullam exigi monitionem, aut iudicis declarationem, sed eo ipso amitti privilegia per contractum matrimonium, & si non serventur conditiones requisite, amitti privilegium canonis, & fori. Ratio hujus est, quod privato hæc non imponatur, ut delicti poena, sed eo deficiente conditiones requisite ad gaudendum privilegio clericali. Quod & praxis ipsa demonstrat, & ex eo constat, quod nullus vulgaris clericus in minoribus constitutus non defertens vestes clericales: duos uxores ducens, aut viduam nanciam. Deficiente ergo conditione cessant eo ipso privilegia. Deinde, quia contrario statum assumptum amittitur hæc privilegia, sicut & beneficia. Sicut ergo hæc perduntur per contractum matrimonium, alioque alia sententia: ut diximus dist. 42. n. 4. & illa. Atque ideo hujus sententia vult Abbas c. Jo. n. 4. de cler. conjug. Ang. Excommunicatio 5. n. 22. Ant. Cucus l. 3. inquit. maior. tom. 6. 79. Bossius præf. tit. De foro competenti. n. 128. Jul. Clarus lib. 5. recept. præf. crim. 5. in q. 36. n. 19.
 Ad arg. nu. 18. proposita resp. fatendo ad incurrendum 20
 eam privationem privilegii clericalis inductam in Trid. sess. 7. cap. 10. de reform. & in motu proprio S. Pii V. & in elem. 1. de vita, & honest. cler. desiderari sententiam iudicis declarantis crimen, ut docent DD. ibi allegati. At id confertur ex eo, quod illa privilegia inducitur fit in poenam delicti, quod locus contigit in nostro casu (ut nu. præced. explicui.) Et eodem modo intelligenda est doctrina Soti, quando privato est in delicti poenam. Et per hæc patet ad omnia argumenta, præterquam ad ultimam contrarium. Ad quam respondeo cum Abbate, c. Joannes, n. 4. de cler. conjug. in illis textibus esse sermonem de clerico non conjugato, qui attentio illo iure non amittat privilegium per habitum dimissionem, donec ter moneretur. Secus attentio novo decreto Trid. sess. 23. cap. 6. de reform.
 Quæstio II. An clericus conjugatus servans omnia requisita, 21
 gaudeat in causis civilibus privilegio fori, an in solis causis criminalibus? Duplex est sententia. Prima affirmat tam in criminalibus, quæ descendunt ex delicto, quam in civilibus, quæ ex contractu, vel quasi contractu originem ducunt, gaudere hunc privilegio fori. Probatur ex cap. unie. de cler. conjug. in 6. nam postquam textus ille decrevit non posse hujusmodi clericos trahi ad iudicium seculare, five criminaliter, five civiliter, subdit hæc: Nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debent personaliter, vel etiam pecuniariter, ne per unam viam concedatur eisdem iudicibus, quæ per aliam assignatur, & ultatenus condemnari. Ne ergo verba hæc frustanea sint, & ut aliquid operentur, debent intelligi de causis mere civilibus. Nam in criminalibus eos gaudere privilegio fori, satis expresse textus. Secundo, quia Covar. relati n. c. 1. de foro compet. interdictis iudicibus secularibus quecumque clericum condemnare, loquitur indistincte de causis, five criminalibus, five civilibus: & procedit etiam in clericis conjugato: (ut refertur ibi Jo. Andr. n. 2.) hæc corrigitur per c. un. de cler. conjug. in 6. imo per id declaratur, ut constat ex contextu illius cap. un. ibi: Et cum juxta Parisi. Conc. nullus clericus assignatus, aut condemnatus debeat a iudice seculare, præter declaratum edicto. Cum ergo hæc constitutio non restringat, sed declarat illam, debet recipere omnes interpretationes, quas constitutio declarata recipiat, ut est textus cum gl. elem. Statuimus, v. 1. 3
 Con-

